

Ann. IX.

ROMAE, Kal. Maiis M D C C C C VI.

Num. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA",

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.
28, Orchard Street.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame

RERUM INDEX

De Concordato Napoleonico pro Gallia, de articulis organicis et de lege die IX mens. Dec. M D C C C C V.

Summarium legis separationis Reipublicae ab Ecclesiis in Gallia, ab Emo Card. F. CAVAGNIS redactum.

De Normis seu Regulis legi de Ecclesiis a Gallica Republica seiungendis additis.

Mense Maio....

Ex Batavia. - De certamine poetico Hoeufftiano.

Olympici Iudi.

Solita urilia.

Colloquia latina. - Ludus lapidum orbiculariorum ad metas.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Acta Pontificia. SS. D. N. PII Divina Providentia PP. X litterae Apostolicae de ratione studiorum Saerae Scripturae in Seminariis clericorum servanda.

Diarium Vaticanum. Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Vita functi viri clariores. - Varia.

Annales: Mauritani coetus finis. - Russica negotia. - Austrorum discordiae. - Hungariae res. - Graecorum feriae. - Sinensium seditiones.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbem.

Aenigmata.

Libri recens dono accepti.

In tertia operculi pagina:

ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M D C C C C VI

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS

Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVI.

PRET
In Italia: Lib.
Lib. 6,25, Doll. 1,25

Premium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;
 ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5;
 March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mitten-
 dum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM
 ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui socios novos comparaverit duos premiumque eorum
 subnotationis mi-
 serit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium
 mensem – bi-
 bliopolis exceptis – dimidiatum premium itineris habebit a quovis Europae
 loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti
 vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit ut supra,
 eodem iti-
 nere gratis omnino fruetur.

De Gallico cum Regione
 non semel in *Vox*
 praestat in re insistere
 eventus, qui piorum
 hementer excitarunt.
 quam « separationis »
 insta improvidensque
 demonstrant, at regu-
 quas aiebant legis ap-
 dam facturas.

In iuste autem actum
 vulgo « albus » a Sa-
 tefecit; nunc vero volu-
 explicat a Purpurato Procuratore
 gestum; qui quum in
 publici ecclesiastici (1)
 etiam quaestiones cele-
 biae, quae in historiis
 merito censuit tractata-
 denda esse quae ad
 eum S. Sede referentes
 rationis reipublicae g-
 cium ferre, per quam
 seissum est, atque n-
 conditio catholice Ec-

Inniuit itaque primo
 adiuncta, quae Concordia
 affert eiusdem textus
 sequuntur scholia in s-

Quum autem Concordia
 bernio gallico articuli
 sia indebita gravabatur
 rimum imminuebatur,
 iniusta natura ostendi-

Deinde quum, ut evi-
 mens, qui in Gallia pr-
 Concordatum causam
 in S. Sedem, Summus
 Novembr. MDCCCVI cel-
 tionem, in qua omnes q-
 laborare evinevit, hoc q-
 fertur.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

De Concordato Napoleonico pro Gallia, de articulis organicis et de lege die IX mens. Dec. M DCCCC V circa separationem Reipublicae Gallicae ab Ecclesiis.

DE Gallico cum Romana Ecclesia discrimine non semel in *Vox Urbis* locuti sumus; at praestat in re insistere, praesertim ob civiles eventus, qui piorum Gallorum animos tam vehementer excitarunt. Et iure quidem; nam lex, quam « separationis » nuncuparunt, quam iniusta improvidensque fuerit, non dies tantum demonstrant, at regulae ipsae confirmarunt, quas aiebant legis applicationem minus rigidae facturas.

In iuste autem actum esse iam luculenter liber vulgo « albus » a Sancta ipsa Sede editus patet; nunc vero volumen alterum clarius rem explicat a Purpurato Patre Felice Cavagnis congestum; qui quum in suis institutionibus iuris publici ecclesiastici (1) non modo principia, sed etiam quaestiones celebriores de iuribus Ecclesiae, quae in historia occurrunt, exposuisset, merito censuit tractatui « de Concordatis », addenda esse quae ad conventionem Napoleonis cum S. Sede referrentur, itemque de lege separationis reipublicae gallicae ab Ecclesiis iudicium ferre, per quam ipsum Concordatum rescissum est, atque nova, iniqua et difficilis conditio catholicae Ecclesiae est creata.

Innuit itaque primo Emus Princeps rerum diuineta, quae Concordatum suaserunt; deinde affert eiusdem textus tum latine tum gallice; sequuntur scholia in singulos articulos.

Quum autem Concordato additi fuerint a Gubernio gallico articuli organici, quibus Ecclesia indebita gravabatur et Concordati vis plurimum imminuebatur, eorumdem arbitraria et iniusta natura ostenditur.

Deinde quum, ut evidens appareret eorum mens, qui in Gallia praevalebant, denuntiandi Concordatum causam rescissionis refundendo in S. Sedem, Summus Pontifex die XIV mens. Novembr. M DCCCC IV celebrem habuisse allocationem, in qua omnes querelas patenti falsitate laborare evincit, hoc quoque documentum affertur.

(1) Nunc IV^a editio sub paelo est, typis Desclée, Romae.

Sequitur lex separationis, cuius fidele summarium praebetur. Item encyclica Summi Pontificis Pii PP. X qua legem ipsam reprobato « — quod maxima afficit Deum iniuria quem » solemniter eiurat, principio declarans rem publicam cuiusvis religionis cultus expertem; » — quod constitutioni divinae et rationibus intimis et libertati adversatur Ecclesiae; — quod » iustitiam evertit, ius opprimendo dominii, » multiplici titulo ipsaque conventione legitime » quae situm; — quod graviter apostolicae sedis » dignitatem ac personam nostram, episcoporum ordinem, clerum et catholicos gallos offendat ».

His omnibus auctor breves addit adnotaciones, quibus vel documenta reassumit ut parcat lectori, vel rationibus illustrat. Ex. gr. lex gallica familias religiosas disiecit ac bonis spoliavit. De hoc adnotat: « In Gallia facultas libera est civibus ineundi voluntarias consociationes ad quemcumque scopum, commerciale, industriale, scientificum, etc., sed profanum. Verum non permittitur adsociatio ad profitenda consilia evangelica, aut operas misericordiae exercendas, vel ad populum, in christiana doctrina erudiendum.

Id ostendit quo spiritu religionis, et libertatis et aequalitatis informentur qui nunc in republica praevalent ».

Item, eadem lex abrogando Concordatum, ad vitam revocat legem « assembleae constituentis », quae omnia bona usurpaverat Ecclesiae; Napoleon per Concordatum art. 12, restituerat tempora alienata.

Hodierna lex concedit tantum usum et quidem ad sociationibus fidelium et pluribus sub conditionibus. Napoleon obtinuerat a S. Sede per art. 13, condonationem omnium bonorum Ecclesiae, a republica divendorum; sed art. 14 asumpserat onus providendi de publico aerario decenti sustentatione episcoporum et parochorum.

Hodierna lex non restituit neque compensat bona divendita, et abolet stipendium ex publico aerario.

Iamvero in hanc rem auctor haec habet « Nemo non videt quanti momenti fuerit concessio facta ab Ecclesia per art. 13; Gubernium per art. 14 re promittit sustentationem decentem episcoporum et parochorum. Sed questus Gubernii fuit enormis. Audiatur Taine, *Le régime moderne*, I, pag. 284:

« Il a pris (Bonaparte) aux pauvres, aux enfants, aux fidèles, 5 milliards au moins de capitale, et 270 millions de revenus; il leur rend, en revenus fonciers et en rentes, sus le trésor, 17 millions.... c'est un failli qui a mangé l'argent de ses créanciers et leur jette en aumône 6 pour 100 de leur créance ».

Comes Las Casas, senator gallicus, die XIII mens. Novembr. M DCCCC V calculum magis modestum profert.

Iuxta ipsum, redditus cleri a. M DCC LXXXIX ascendeant ad 120 milliones (120.000.000); at quamvis sub regimini subsequentibus, annualis adsignatio pro clero (quae ab initio fuit 17 millionum) plusquam duplicata fuerit, (et pertingerit usque ad milliones 42), tamen adhuc erat exigua comparata cum quantitate bonorum ablitorum, etiamsi ipsorum redditus fuissent tantum 120 millionum iuxta citatum comitem.

Ex his appetit dotationem cleri ex parte Gubernii gallici, non fuisse gratiosam, sed titulo oneroso assumptam; hinc resoluta conventione ius Ecclesiae manet integrum aut repetendi antiqua bona sua, aut aliam iustum praestationem exigendi, ut notat Summus Pontifex Pius X, in sua allocutione, XIV mens. Novembr. M DCCCC IV ».

Haec specimenis gratia placuit afferre, ut palam fieret operis momentum, ex quo, pro Emi Purpurati Patris humanitate, nonnullas paginas sociis et lectoribus nostris possumus offerre, eas scilicet, quae « legem separationis » summatis referunt.

SUMMARIUM

LEGIS SEPARATIONIS REIPUBLICAE AB ECCLESIA

IN GALLIA

ab Emo Card. F. CAVAGNIS redactum.

TIT. I. — PRINCPIA.

ART. 1. Respublica Gallica spondet libertatem conscientiae; item liberum exercitium cultum, cum limitationibus tantum praesentis legis, quas dicit latas intuitu ordinis publici.

ART. 2. Supprimit incipiendo a die i mens. Ianuarii anni M DCCC VI quaecumque stipendia cultui adsignata a Statu, a provinciis et a municipiis.

Poterunt tamen adsignari pro servitio religioso in lyceis, collegiis, scholis, hospitiis, asylis, et careeribus et his similibus institutis.

TIT. II. — ATTRIBUTIO BONORUM, ET « PENSIONS ».

ART. 3. Institutiones cultus nunc recognitae (ex. gr. parochiae), provisorie conservabuntur usque dum bona ipsarum fuerint attributa ad sociationibus cultus, quas praesens lex contemplat art. 18 et seqq.

Interim fiet inventarium omnium bonorum etiam mobilium, et inventarium speciale eorum quae tenent a Statu, provinciis et municipiis.

Officiales ad id destinati habent ius exigendi communicationem titulorum et documentorum de re.

ART. 4. Intra annum a promulgatione huius legis, bona omnia mobilia et immobilia cum suis oneribus, trasferuntur ad ad sociationes constituendas pro exercitio cultus, de quibus in art. 18 et seqq.

ART. 5. Bona provenientia a Statu et quae non fuerint onerata aliquo pio scopo post legem diei XVIII Germinalis anno X, (idest die XVIII mens. Aprilis M DCCC II, per quam promulgatum fuit Concordatum), redibunt ad Statum.

(Vidimus supra interpretantes art. 12 concordati, per legem latam a constitente anno M DCC XC, bona omnia Ecclesiae fuisse attributa nationi, idest usurpata. Napoleon per concordatum aliquid restituerat art. 12, et aliquid compensaverat art. 14, per stipendia adsignata ministris Ecclesiae; item per art. organicum 72.

Lex hodierna abolet art. 2 stipendia, et rursus sibi tribuit bona a Napoleone restituta, idest resuscitat usurpationes Assembleae Constituentis. Remanent proinde favore Ecclesiae tantum bona acquisita post Concordatum).

ART. 6. Sed ad sociationes constituendae pro cultu quibus bona haec residua tribuentur, tenentur satisfacere debita gravantia entia ecclesiastica nunc recognita.

Status, provinciae et municipia respondebunt tantum de debitis regulariter contractis et gravantibus aedificia, quorum habent proprietatem quando eorumdem possessionem recuperabunt.

ART. 7. Bona mobilia vel immobilia Ecclesiae, gravata aliquo pio onere diverso a cultu, ab administratoribus entium ecclesiasticorum debebunt tradi entibus publicis vel publicae utilitatis, analogis. Donatores tamen vel ipso-rum heredes in linea directa, poterunt ea sibi

vindicare intra sex menses a decreto attributionis entibus praeditis.

ART. 8. Si in his attributionibus, administratores entium ecclesiasticorum fuerint negligentes, supplebit publica auctoritas.

Si exsurgat contentio inter plures ad sociationes eiusdem cultus, iudicabit Consilium Statu.

ART. 9. Deficiente qualibet ad sociatione, bona tradentur institutionibus beneficentiae publicae, vel aliis ad sociationibus analogis, pro easum diversitate.

ART. 10. Aerarium publicum nihil percipiet in his casibus.

ART. 11. Ministri cultuum annorum sexagesima completorum, qui saltem a 30 annis inservierint stipendiati a Statu, habebunt pensionem vita durante, trium partium stipendii actualis supra quatuor.

Qui excesserint annum 45 aetatis et saltem 20 servitii ut supra, habebunt pensionem vita durante pro dimidio stipendii actualis.

In utroque casu non poterunt pensiones exceedere libellas 1500 (etiam pro episcopis), neque cumulari cum aliis pensionibus vel stipendiis.

Articulus contemplat etiam pensiones viduarum et orphanorum, quia praeter catholicam Ecclesiam, Gallia recognoscet quoque confessionem protestanticam calvinisticam et augustinam, nec non synagogam.

Ceteri ministri cultus actu stipendiati, primo anno habebunt integrum stipendum; secundo anno duas tertias partes; tertio anno dimidium; quarto anno tertiam partem; postea nihil.

Tamen in municipiis infra 1000 cives, quatuor periodi supradictae duplicabuntur pro ministris qui pergent ministrare in officiis suis.

Easdem pensiones poterunt provinciae et municipia eis elargiri, qui a se stipendiati sunt.

TIT. III. — DE AEDIFICIIS CULTUS.

ART. 12. Expresse statuit aedificia restituta vi Concordati, vel articulorum organicorum, servitio cultus vel habitationi ministrorum cultus, cum suis dependentiis et obiectis mobilibus (illius temporis), perseverare in dominio respective Status, provinciarum et municipiorum.

ART. 13. Aedificia inservientia cultui publico cum suis mobilibus, relinquuntur gratis usui ad sociationum cultus formandarum; auferentur tamen pluribus in casibus specificatis, ut si per sex menses cesseret celebratio cultus, vel non satisfiat debitis de quibus in art. 6, vel non observentur praescriptiones de monumentis publicis, vel intra biennium ab aliqua ad sociatione cultus non reclamentur, etc. Ad sociationes cultus tenentur omnia onera sustinere et etiam aedificia reparare.

ART. 14. Aedificia pro habitatione episcoporum conceduntur adhuc gratis pro duabus annis; habitationes pro parochis, et Seminaria atque aedificia facultatum theologicarum protestantium, pro quinque annis.

ART. 15. Analogae dispositiones pro Sabaudia et Comitatu Nicaeae.

ART. 16. Praeserbitur descriptio mobilium et immobilium quae ratione artis vel historiae sub vineculo et tutela legis collocanda sunt.

Fiet etiam inventarium archiviorum et bibliothearum episcopatum, parochiarum et Seminariorum, et Statui restituentur quae ad eum pertinere innotescet.

ART. 17. Immobilia vineculo et tutelae supradictae subiecta (monumenta nationalia), sunt inalienabilia absque formalitatibus specialibus, quae praeserbitur etiam pro reparationibus; poenae in contrafaciens a 10 ad 1000 libellas seu « francos » et carceris a sex diebus ad tres menses.

TIT. IV. — DE AD SOCIATIONIBUS PRO EXERCITIO CULTUS.

ART. 18. Poterunt efformari ad sociationes pro exercitio cultus; praeter dispositiones legis diei primae mens. Iulii M DCCC I, debebunt observari quae habentur in sequentibus articolis.

ART. 19. In municipiis quae non superant incolas 1000 debent constare saltem personis septem; a 1000 ad 20.000 saltem 15 personis; in reliquis saltem 25. Hae personae debent esse maiores aetate, et domicilium habentes, vel residentes in sua cuiusque circumscriptione religiosa.

Quisque poterit semper derelinquere suam ad sociationem, dummodo solvat quotas matrataras et insuper quotam currentis anni; non admittitur contraria conventio.

ART. 20. Hae ad sociationes possunt constitue unionem inter plures, servatis servandis quae lex specificat.

ART. 21. Ad sociationes et ipsarum uniones condunt suum inventarium; redditus et expensas signant, et singulis annis de iis rationes reddunt officialibus civilibus ad id destinatis.

ART. 22. Si redditus abundant, possunt reservare pro futuro, non tamen ultra determinatam summam, idest usque ad triplum si ultimis quinque annis in media erogaverint plusquam 5000 francorum; usque ad sextuplum si minus.

Poterunt et alias summas pecuniae reservare pro constructione, reparatione et ornatu immobilium, vel mobilium ad usum ad sociationum vel unionum.

ART. 23. Sequuntur mulctae et aliae poenae in contravenientes a 16 libellis ad 200, etc.

ART. 24. Aedificia cultui destinata, si pertineant ad Statum, provincias vel municipia, sunt exempta a tributis. Reliqua subiiciuntur.

Item aedificia quae inserviunt habitationi ministrorum, subiiciuntur tributis, etiamsi pertineant ad Statum.

TIT. V. — POLITIA CULTUUM.

ART. 25. Conventus pro celebratione cultus sunt publici, et subiiciuntur vigilantiae auctoritatum civilium. His danda est praecedens communicatio; sed pro conventibus consuetis, sufficit unica declaratio annualis.

ART. 26. In his aedificiis interdicuntur conventus politici.

ART. 27. Processiones et caeremoniae extra haec aedificia, subiiciuntur legibus praexistenteribus. Sonitus campanarum subiicitur auctoritati municipalis, vel praefecti in gradu appell-

lationis. Poterunt civilia.

ART. 28. Venta religiosa blicis, exceptis sepulcris in coinerariis vel collationibus artiu-

ART. 29. Statuta praecitatis articul

ART. 30. Instruuntibus scholas horis liberis ab

ART. 31. Statuti ad 200 et careeribus, contra eos que cutiendo timorem num pro se, famam ad exercendum virtutum, ad adscribere dum ad sociationib vel non, expensis

ART. 32. Eaeder eos qui impediunt exercitium alienum in locis cultui

ART. 33. Vigent habeant ad normam

ART. 34. Ministeribus exercetur cultus scriptorum distribuuntur vel diffunduntur publicum, ad 3.000, et careeribus

Coram tribunali factis diffamat titur tantum si referuntur officiorum e

ART. 35. Sequuntur aut scriptis in eis directa ad resistenter actuum legalium putetur aut armetur

ART. 36. Ad sociationis responsabilis de infra-

TIT. VI. — DIS

ART. 37. Applicatur legem d. XXVI mensibus casibus in quibus poenas.

ART. 38. Congregatae subiectae legibus civiliis IV mens. Decembr. M DCCCC IV; idest in stante libertate constitutae ad sociationis.

ART. 39. Qui obtinet vobis militari, intuitu tur, satisfaciendo conscriptis.

ART. 40. Per annum huic legis, ministri ad consilia municipalia viuant.

ART. 41. Summae prario parcitur ob praeceptis ad antecedentem adscribuntur intermissione.

riptionis mobilium
arts vel historiae
llocanda sunt.
viorum et bibli-
liiarum et Semi-
ur quae ad eum

et tutelae su-
ta nationalia),
nalitatibus spe-
ctetiam pro repa-
cientes a 10 ad
t carceris a sex

TIONIBUS
TUS.

dsociationes pro
itiones legis diei
lebebunt obser-
ntibus articulis.
non superant in-
saltem personis
em 15 personis;
nae debent esse
a habentes, vel
umscriptione re-

elinquere suam
quotas matu-
entis anni; non

possunt consti-
rvatis servandis

osarum uniones
lditus et expen-
de iis rationes
d id destinatis.
possunt reser-
a determinatam
um si ultimis
erint plusquam
plum si minus.
niae reservare
ornatu immo-
adsociationum

t aliae poenae
ad 200, etc.
inata, si per-
vel municipia,
a subiiciuntur.
nt habitationi
s, etiamsi per-

UM.

atione cultus
lantiae auto-
t praecedens
us consuetis,

dicuntur con-

moniae extra
praeexisten-
citur auctori-
gradu appelle-

lationis. Poterit etiam praescribi ob motiva
civilia.

ART. 28. Vetat apponere signa seu emble-
mata religiosa super monumentis vel locis pu-
blicis, exceptis aedificiis cultui inservientibus,
sepulcris in coemeteriis atque monumentis fu-
nerariis vel collocatis in musaeis atque in expo-
sitionibus artium.

ART. 29. Statuit poenas in contrafacentes
praecitatis articulis.

ART. 30. Instructio religiosa pueris frequen-
tantibus scholas publicas dari potest tantum in
horis liberis ab horario scholastico.

ART. 31. Statuit muletam libellarum 16 usque
ad 200 et carcerae sex dierum ad duos men-
ses, contra eos qui violentia vel minis aut in-
centiendo timorem incurriendi in aliquod dam-
num pro se, familia et rebus suis, impellunt
ad exercendum vel omittendum aliquem cul-
tum, ad adscribendum se vel non adscriben-
dum adsociationibus cultus et ad contribuendum
vel non, expensis cultus.

ART. 32. Eadem poenae intimantur contra
eos qui impediunt, retardant aut interrumpunt
exercitium alicuius cultus turbolentiis excita-
tis in locis cultui destinatis.

ART. 33. Vigent maiores poenae si locum
habeant ad normam iuris communis.

ART. 34. Ministri cultus, qui in locis in qui-
bus exercetur cultus, sermonibus, lectionibus,
scriptorum distributione vel affixione iniuriam
inferunt vel diffamationem, civi habenti offi-
cium publicum, puniuntur muleta fr. 500 usque
ad 3.000, et carcere a mense ad annum.

Coram tribunali correctionali probatio veri-
tatis facti diffamatorii publici officialis, admit-
titur tantum si referatur ad exercitium respecti-
vorum officiorum civilium.

ART. 35. Sequuntur maiores poenae si voce
aut scriptis in citatis locis habeatur provocatio
directa ad resistendum executioni legum aut
actuum legalium publicae auctoritatis, vel exci-
tetur aut armetur pars civium contra alios.

ART. 36. Adsoziatio cultus erit civiliter re-
sponsabilis de infractione art. 25, 26, 34 et 35.

TIT. VI. — DISPOSITIONES GENERALES.

ART. 37. Applicat art. 463 eod. penalitatem et
legem d. XXVI mens. Martii MDCCXCII in omni-
bus casibus in quibus praesens lex indicit
poenas.

ART. 38. Congregationes religiosae remanent
subjectae legibus d. I mens. Iulii MDCCCI,
IV mens. Decembr. MDCCCII et VII mens. Iulii
MDCCCCIV; id est nequeunt constituiri, non ob-
stante libertate conscientiae et communis liber-
tate adsociationis.

ART. 39. Qui obtinuerunt exemptionem a ser-
vicio militari, intuitu servitii religiosi, ea fruen-
tur, satisfaciendo conditionibus hactenus praes-
criptis.

ART. 40. Per annos octo a promulgatione
huius legis, ministri cultus sunt ineligibilis
ad consilia municipiorum in quibus deser-
viunt.

ART. 41. Summae pecuniarum quibus ab ae-
ratio parcitur ob praesentem legem comparate
ad antecedentem adsignationem favore cultus,
distribuentur inter municipia quadam propor-
tione.

ART. 42. Servantur feriae pro officiis publicis,
actu vigentes.

ART. 43. Intra tres menses Gubernium pu-
plicabit normas (*règlement*) pro executione
huius legis.

ART. 44. Abrogantur leges contrariae, et quae-
dam nominatim, ut lex d. XVIII mens. Aprilis
MDCCII, quae promulgavit Concordatum napo-
leonicum, nec non articulos organicos.

DE NORMIS SEU REGULIS

LEGI DE ECCLESIA A GALICA REPUBLICA SEIUNGENDIS ADDITIS.

LATA a Gallis legislatoribus lege de seiun-
gendis Ecclesiae a Reipublicae iuribus,
constitutiones et decreta viri fideles expecta-
bant, quibus impiam legem magistratus exequerentur. Quae sane decreta, modum praefini-
entes vel servitutis Ecclesiae vel libertatis,
anxiis apprime animis optimam metus rationem
praebebant. Nam iis ex modis apparere tandem
debebat quae legumlatarum mens et consilia
fuissent et quibus plane de causis ea seiunctio
per fas et nefas et per omne crimen perfecta
fuisse. Ceterum quot sunt hodie per orbis varia
litora Christianae gentes, Gallorum sortem miro
intuentur studio, quum specimen quasi hinc
recognoscant, quod forte paulatim et reliqui
populi sibi quisque experiantur.

Iis itaque decretis, Idibus Martii, Armandus Fallierius, Gallica reipublicae novus praeses, subscrispsit; decreta, inquam, quae antea paraverat condideratque Aristides Briandius, vir e socialistarum factione princeps, qui et ipsius legis auctor praecipuus et patrocinator
apparuit.

Constitutionum ordo idem ac legis ordo est:
atque primum de bonis Ecclesiae possidendis
loquuntur. Sublata enim ex publicis expensa-
rum regestis omni pecunia, quae vel episcopis,
vel parochis, vel templorum cultui addicebatur,
cautum lege fuit ut, unius anni spatio, quae
bona ex eis publica essent, reipublicae redde-
rentur; quae in beneficentiae opera erogabantur,
per nosocomia et pauperum publicas domus
dividerentur, reliqua ad templorum cultum per-
tinentia, certis sodalitatibus tradicerentur a cultu
exercendo dietis, quae ea suis quaeque pro tem-
plis administrarent. Hae tamen quoadusque per-
ficiantur, ipsa bona magistratus custodient, ea
mox singulis sodalitatibus diribuntur. Verum-
tamen huiusmodi sodalitatum species non adeo
lege praefinitur, ut fluxa maxime adhuc non
apparet; quamobrem longe varia earum com-
positio et vivendi modus erunt pro variis per-
sonarum et locorum adiunctis. Romanae igitur
Sedis monita a Gallis expectantur, iuxta quae
ad harum sodalitatum coalitionem quum tem-
pus erit, manus necne admoveantur.

Decretis vero legi adiectis iam nonnulla praefi-
nita sunt quae rem maxime adiuvent, ut ni-
mirum singulae sibi communitates, constituto
coram se sodalitio, iuxta legem bona adscribant.
Quinimo et singula, quae hactenus viguerunt,
instituta, non uni tantum sodalitio, sed et plu-
ribus sua tradere bona poterunt, atque vicissim
iis licebit in unum coire, unamque tantum,

dummodo in una eademque provincia vivant,
sodalitatem constitutre. Libera igitur horum
bonorum adscriptio erit atque eius pactio sub-
scripta in diario reipublicae publicabitur.

Modo unius anni spatium, quod ad hanc de-
volutionem perficiendam lex concesserat, novis
constitutionibus duplicatur, et quoddam Reipu-
blicae magistratibus traditur latius discretionis
ius, ut, imperfectis assignationibus, ultra bien-
num tempus linquant et terminum producant.

Altera legis pars de templis et domibus epi-
scoporum parochorum aut seminariorum erat.
Ea nimurum tum templorum tum aliarum do-
mum dominum ab Ecclesia auferebat et sive
Reipublicae, sive Provinceis, sive Municipiis
adscribatur. Ac sodalitatibus quidem ineundis
templorum usus in perpetuum traditus est, alio-
rum vero domum per quinquennium, ad maxi-
mum, relictum. Sed haec circa modum rei-
tantum constitutiones addunt, legis autem sub-
stantiam minime tangunt. De cultus exercendi
potestate nihil pariter innovatum est et pauca
tantum de aere campano pulsando canta sive
pro ecclesiae feriis, sive pro reipublicae neces-
sitatisibus.

Sed de cultus sodalitatibus praecipua lex
cavebat. Ut enim Ecclesiam catholicam per-
celleret, bonis eam expoliare non erat satis,
sed dividere oportebat, et ad instar anglicanae
vel lutheranae ecclesiae dirimere, ut facilius
Reipublicae subesset. Quamobrem de sodalita-
tibus huiusmodi iure agnoscendis nihil est cau-
tum, sed tantum lege dictum, eas coalescere
oportere iuxta naturam cultus quem exercere
cupiant. Incerta quidem legis verba; quae su-
biecto articulo magis vaga reddita sunt, quum
« Status Consilio » (ita vocant) ius sit tributum
iudicandi quae forte, inter pugnantes factiones,
cultus sodalitas iure nuncupetur. Quare ut haec
iura melius praefinirent plerique ex decretis
addendis sperabant, at frustra. De re enim in
iis ne verbum quidem est, de iisque sodali-
tatibus recognoscendis omne adhuc arbitrium
penes Rempublicam est, atque ita in gravissima
discordiae causa nullum pacis auspicium pro-
latum.

I. A.

Laudamus veteres, sed nostris utimur annis!

OVID., Fast., I.

*Optima prima fere manibus rapiuntur avaris,
Implentur numeris deteriora suis.*

OVID., Eleg. VI lib. II.

*Nequicquam illud verbum' st: bene vult, nisi
Qui benefacit.*

PLAUT., Trinum.

*Sapiens meliora in votis habet, deteriora in expe-
ctatione; utrinque autem temperamento utitur; in
neutram partem nimis.*

PLUT., De tranq. an.

*Melius est nescire quam errare; melior est fidelis
ignorantia quam temeraria scientia.*

AUGUST., Serm. XXII de verb. Apost.

*Quo quis versutior et callidior est, hoc invisiior et
suspectior, detracta opinione bonitatis.*

CICERO.

Senibus mors est in ianuis; iuvenibus in insidiis.

S. BERNARDUS.



MENSE MAIO....

*Cum ver floricomis nitidum caput extulit
[arris,
Et nemora incipiunt umbras densare, noraeque
Spem rura ostentant late viridantia frugis;
Equis non vanae fumum fastidat urbis,
Camporumque optet laetos habitare recessus?
O qui me sistat qua frondens Algidus exstat,
Aut qua frigidulas iucundum porrigit umbras
Tibur, riparumque toros lymphasque sonantes?
Hinc libeat silvas inter reptare salubres,
Et rupes spectare altas, et visere saltus,
Prata, lacus liquidos, labentia flumina, fontes
Ingenuos, saxa et molli circumlita museo.
Interea verno puerorum turba per agros
Discurrat passim flores studiosa legendi:
Dumque opere in medio ferret, sua carmina
[cantat.*

*Qui gestit pede libero
Festo ludere cum ioco,
Huc huc ocius advolet,
Qua late viridans humus
Dulci spirat odore.
Ohe quid mage ludicrum,
Quam per prata recentia,
Aureo sol ubi candidum
Profert oceano diem,
Castos ducere lusus!
Nemo cesseret iners; levi
Flores pollice carpite.
Pulcro vere benignius
Molles fundit opes solum:
Laxos linteoli sinus
Implere et calathos iuvet
Pulcro munere veris.
Nemo cesseret iners; levi
Flores pollice carpite.
Heu heu flamme ventulus
Mi flores male disicit;
Aurae ludibrium volant
Huc illuc, velut area
Prensus culmus mani.*

*Quin seita potius manu
Serta inteximus? enitens
Qui sertum bene finxerit,
Mercedem meritam auferet,
Cingens tempora serto.
Nemo cesseret iners; levi
Flores pollice carpite.
Huc o ferte aditum, vago
Qua rivus pede perstrepit;
Florum hic copia largior,
Hic et roseida plurimo
Ridet terra colore.
Parvae ut floribus obsitum
Occultant violae caput!
Nondum at puniceae rosae,
Hem ne tangite, vividos
Curant pandere honores!
Nemo cesseret iners; levi
Flores pollice carpite.
Gratum cingite amaracum.
Quid proni adspicitis? niger
Grillus scilicet exsilit,
Qui vernantia personat
Longo gramina cantu.
Nemo cesseret iners; levi
Flores pollice carpite.
Ille ut mobilibus, viden?
Ramis caespis inhorruit!
Festinate fugam citi:
Tergum lividus uvida
Serpens delitet herba.
Festinate: satis levi
Flores pollice carpsimus.
Sic agmen puerile canit, vocesque remittit
Rupe sub adversa captatrix carminis echo (1).*

H. N.

(1) Confer suavissimum carmen italicum Ugolini di Azzo
Le raccolte dei fiori, apud Perticari *Dif. di Dante*, c. 27.



EX BATAVIA

De certamine poetico Hoeufftiano.

A. d. iv Id. Mart. in consessu Ordinis litterarii indices de XV carminibus sibi missis hunc in modum rettulerunt:

Carmen contra bellum ab ipso auctore e certamine retractum est. De eo quod inscribitur Meditatio, propter philosophematum, quae continet, obsecuritatem inextricabilem, itemque de Carolo Boromaeo seminariorum institutore, propter pessimam qua exarata erat scripturam, iustum iudicium ferri non potuit.

E reliquis carminibus octo quidem sermonis ae metri laudibus plerumque sese satis commendabant, sed displicebant rerum inventione

valde ieuna aut tractatione nimis prolixa et otiosa. Ordine dignitatis horum tituli hi sunt: *Laus Argi, Museum aviarium, De unionum piscatione, Lacrimae rerum, De bello Russo-ponico, Deliciae ruris, Inter aquam et ignem, seu de clade urbis Topecae, In calamitate salus.* Restant optima quatuor: *Licinus tonsor, Hirundo Alsatina, Agape, Ludimagister invita Minerva.* Ex his igitur praemio ornatum est *Licinus tonsor*, eius schedula aperta auctorem prodidit Aloisium Galante ex urbe Vercellis. Reliqua in lucem prodibunt impetrata scriptorum venia, quam dedit iam poeta *Hirundinis Franciseus Xaverius Reuss* ex urbe Roma.

Ad novum certamen cives et peregrini invitabantur his legibus, ut carmina latina non ex alio sermone versa nec prius edita argumen-

tive privati nec quinquaginta versibus breviora nitide et ignota iudicibus manu scripta, sumptu suo ante Kal. Ianuarias proximi anni M DCCCC VII mittant ad Hermannum Thomam Karsten, Ordinis litterarii Academiae Ab-aetis, munita sententia, item inscribenda schedulae obsignatae, quae nomen et domicilium poetae indicabit. Ceterum iudicibus gratum erit, si poetae in transcribendo portabile prelum Britannicum (*typewriter*) abhibere velint.

Praemium victoris erit nummus aureus quadrigentorum florenorum. Carmen praemio ornatum sumptibus ex legato faciendis typis describetur eique subiungentur alia laude ornata, quando schedulae aperiendae venia dabitur.

Exitus certaminis in consessu Ordinis mense Martio pronuntiabitur, quo facto schedulae carminibus non probatis additae Vulcano tradentur.

Amstelodami, a. d. xi Kal. April. MCMVI.

H. KERN
Ordinis Preeside.



OLYMPICI LUDI.

OLYMPICOS ludos Herculem primum invenisse ferunt; quod quidem satis declarat, quantum fuerit veterum studium, ut civium valentudo et vires angerentur; nec modo ut praevalidi milites haberentur, sed ut egregia quoque forma homines niterent, simul vero et virtute civili pariter et bellica animi firmarentur.

Olympia planties est, in Elide, ad Alphei fluminis undas, prope Iovis templum, ubi simulacrum Phydiam asservabatur. Eos autem ad ludos Graecia omnis concurrebat, tanquam ad communes gentis ferias, ex Asia, ex Africa, ex insulis Aegaei maris, ex Bysantinis litoribus, ex Magna Graecia et Sicilia. Quamobrem non mirum est Olympiades ad tempus computandum adhibitas fuisse, quae singulis quadrienniis redeuntibus celebrabantur. Victorum tune nomina, ut consulum in Capitolinis fastis, in regestis describerabantur: quorum Coroebus primus fuit.

Per duodecim fere saecula, ad quartum usque post Christum aevum, Olympici ludi constantie eelebrati sunt, donec Helladis fatis decidentibus et ipsi tandem evanuerunt.

Verum tot post servitutis saecula, quum restituta tandem Graecorum est fortuna, olympicis quoque ludis restituendis manus admotae sunt.

Nam anno M DCCC XCIV Lutetiis athleticus, ut vocaverunt, coetus coivit, cui Courcelius dynasta praefuit. Rogante autem Petro de Coubestinio, decretum tunc est, ut Olympici ludi restituerentur, Bikelasio vero Graeco legato iura sua gentis vetustissima vindicante, ut primi in Graecia renovarentur. Quam ob rem Herodis Alluci stadium ad Athenarum moenia electum, quod etsi a saeculis dirutum, ingenti pecunia Graecus quidam ditissimus Averofius, Alexandriae natus, suo aere restituit. Quingentes centenis millibus libellarum marmorei gradus refecti sunt, stadiisque candida frons Graeco coram sole iterum resplenduit: tunc sexaginta ferme spectantium millia ludis adstiterunt, qui initii sunt Idibus April. anno M DCCC XCVI. Hymno

cantato, quem Spir scriptor, condidera daemonio due, qu rege feriae initae.

E cursus et discenans victoria cessat. Anglus victor discenans forma, ut antiquis est; gymnicis ex fuit; ex natantibus aemulos superavit. manio Elliottio Ang derunt: Schumanus gladiomachia singul bus, atque birotaru

Cursus autem cert rathonio ab oppido agricola, primus ad Ar ruit, quem rex ipse plexatus est: victori lantes undique nunti

Hoc vero anno, dum seribimus, Olympi semper quadrienniis narum gentium conc

Rei Lacedaemoni et lege cautum ei ludos. Adest rex A uxor, anglicaque c tenet.

Eruunt et cursus contentiones, luctaeque ludi, itineris certami et equis, singulares

ta versibus breviora
manu scripta, sumptu
oximi anni MDCCC VII
thomam Karsten, Or
ne Ab-actis, munita
a schedulæ obsigna
cicilium poetæ indi
gratum erit, si poetæ
prelum Britannicum
nt.

nummus aureus qua
Carmen praemio or
so faciens typis de
ur alia laude ornata,
ndae venia dabitur.
hsessu Ordinis mense
facto schedulæ car
lditæ Vulcano tra

MCMVI.
H. KERN
Ordinis Preseide.

LUDI.

em primum invenisse
satis declarat, quan
am, ut civium vale
; nec modo ut pree
ed ut egregia quoque
imul vero et virtute
imi firmarentur.
in Elide, ad Alphei
is templum, ubi si
rvabatur. Eos autem
neurrebat, tanquam
ex Asia, ex Africa,
Bysantinis litoribus,
a. Quamobrem non
mpus computandum
lis quadrienniis re
Victorum tunc no
tolinis fastis, in re
m Coroebus primus

ad quartum usque
pici ludi constanti
elladis fastis deci
nuerunt.

saecula, quum re
fortuna, olympicus
nus admotæ sunt.
etiis athleticus, ut
ourcelius dynasta
ro de Coubestinio,
ici ludi restitue
o legato iura suae
te, ut primi in
ob rem Herodis
moenia electum,
ingenti pecunia
verofius, Alexan
Quingenties cen
morei gradus re
ons Graeco coram
sexaginta ferme
iterunt, qui initi
cccxcvi. Hymno

cantato, quem Spirus Samara, Graecus musicæ
scriptor, condiderat, coram regali filio Lace
daemonio duce, qui praeerat, adstante Georgio
rege feriae initæ.

E cursus et discobolorum certamine Ameri
canis victoria cessit; ex athleticis ludis Elliot
Anglus vitor discessit, qui pulcherrima sane
forma, ut antiquissimi Graeci athletæ, visus
est; gymnicis ex ludis Germanorum victoria
fuit; ex natantibus autem Austriae quidam civis
aemulos superavit. Dania et Borussia Schu
manio Elliottio Anglo luctæ victoram contes
derunt: Schumanus vicit. Galli vero et Itali,
gladiomachia singularibus pugnis ceteris omni
bus, atque birotarum cursu præstitere.


tatus et lintrarum cursus, manuballistarumque
experimenta; in quibus peritissimi juvenes pa
cifice inter sese contendent.

SOLITAURILIA.

EFFOSSIONES in Romano Foro in dies feliciter
productæ a circumstantibus monumentis
separarunt septum illud Traiani, cuius ad tegumen
pertinebant lapides ingentes marmoreæ, hinc Augusti ipsius liberalem animum in
pueros, quos alimentares vocavit; hinc victimas
arae destinatas taurum, arietem, verrem præ

vetaurilia, quod viderent tres revera hostias,
suem, ovem, taurum in eo sacrificio maectari.

Quidquid fuerit, hoc sacrificium usurpabatur
in lustrationibus agrorum, populi, exercitus et
huiusmodi; duplicitis generis erat, ut ex Numa
lege apud Festum in Opima: « Solitaaurilia utra
voluerit, caedito ». Alia enim vocabantur maiora,
in quibus semper hostiae maiores – h. e. adultæ
et perfectæ aetatis –; alia minora, in quibus
adlue laetentes immolabantur; hinc suovetau
rilia lactentia vocata sunt haec minora a Catone
(R. R., 141).



Tabula marmorea ex septo Traiani solitaaurilia exhibens.

Cursus autem certamine, postrema die Ma
rathonio ab oppido inito, Lonyssius, graecus
agricola, primus ad Athenarum stadium appar
uit, quem rex ipse in communi laetitia am
plexatus est: victoram columbi repente av
lantes undique nuntiarunt.

Hoc vero anno, hebdomada post Pascham,
dum scribimus, Olympici ludi iterantur, singulis
semper quadrienniis renovandi, omnium huma
narum gentium concursu.

Rei Lacedaemonius dux iterum præest,
et lege cautum eius de iuribus est circa
ludos. Adest rex Anglorum eiusque regalis
uxor, anglicaque classis Pyraeum portum
tenet.

Erunt et cursus et saltus et discobolorum
contentiones, luctaeque, gymnicque et athletici
ludi, itineris certamina et pedibus, et birotis,
et equis, singularesque gladiis pugnae, na

seferentes, prouti in exemplari, lectorum oculis
hodie in commentario nostro subiecto.

Hostiarum harum immolatio solitaaurilia,
prouti constat, appellabatur, ex eo fortasse quod
eae omne solidi integrique essent corporis; a
solidus vel solus quod Osce totum et solidum si
gnifieat. Quidam vero dixerunt omnium trium
vocabula confusa, suis, ovis, tauri, effecisse ut
uno modo appellarentur universæ. Haec ex
Festo, cuius postrema verba occasionem dede
rent suspicandi ipsam vocem solitaaurilia cor
ruptam esse et suovetaurilia vel – quod saepius
legitur – suovetaurilia rectum esse, ut habetur
apud Catonem (Re rust. 141), Varronem (2 R. R.
1 ante med.), Livium (1, 44 et 8, 10 extr.) et
Tacitum (6 Ann. 37 et 4, Hist. 53). Non desunt
tamen qui contra sentiunt; nempe solitaaurilia
veram esse appellationem: quae quia vulgo ine
rudito minus nota esset, mutatam esse in suo

COLLOQUIA LATINA

Ludus lapidum orbicularum ad metas⁽¹⁾.

BASILIUS. — Quid hic sessitamus et marcemus
otio? Quin aggredimur ad ludendum?

CAROLUS. — Id ipsum in pectore volutabam
meo, quomodo hunc diem ludis iocisque con
deremus, et mirabar te quiescere tamdiu po
tuisse, qui lusorum alpha sis, nec umquam
aque beatus tibi videare nisi quum Indo
das operam.

DANIEL. — Ludamus igitur.

EUSEBIUS. — Quem vero ludum? Nam ad victo
riam non parum apud me interest; neque
enim trecentis in generibus exercitatum me
possum affirmare.

(1) Ex opere IACOBI PONTANI cui titulus *Progymnasmatum latinitatis* (Monachii, MDCX). — Passim retractavit I. F.

- B. — Nucis ludamus, si vultis.
 C. — Immo pila. Quid ait Daniel?
 D. — Neutro; sed par impar, idque aut aeiculis
 aut globulis.
 E. — Si me audiatis, optimam formam repperi.
 D. — Nempe tibi optimam.
 E. — Et vobis, si perite luseritis.
 B. — Die, sodes.
 E. — Iactus lapidum ad conum, seu metam,
 mihi ante omnes probatur.
 C. — Qua de causa?
 E. — Usitatissimus est candidatis litterarum:
 exerceat corpus et easui non est tam subiectus
 quam alii; nam artificio quodam contorquen-
 dus et emittendus est lapis, si vincere gestias:
 easus vel numquam, vel perraro te adiuvabit.
 B. — Fiat. Petamus scopum iaciendis lapidibus.
 Vos pro se quisque lapides diligite: ego hunc
 mihi rotundando accomodabo.
 D. — Lapides quidem heie multi sunt; at inepti,
 at nimis asperi, at magni et inaequales.
 B. — Quin tu me imitaris, ut ego lapicidam
 pulehre imitor?
 C. — Hui! quam elegantem et appositum in-
 veni!
 E. — Invides tibi; nihil minus quod tu a la-
 pide, id ego a dextra mea sumam.

(Ad proximum numerum).

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS
 SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Sacri Consistorii:

Marianensis et Goyasensis dioecesis in Brasiliana Republica novi fines ita designantur: Montes continui, vulgo *Serra da Marella*, ut nunc, et *Serra da Canastra*, per iugum quod vocant *Espigão-Mestre* unam ab altera duas dioeceses divident usque ad fluvium, quem *Rio Grande* dicunt. Prope tamen pagum, cui nomen *Sancto João Baptista da Canastra*, linea, quam praedicti montes describunt, in Orientem parumper deflectetur per fluvios, quorum unum *Samburá* et alterum a S. Antonio appellant, ita ut pagus ille, qui nunc partim Mariannensi, partim Goyasensi subditur dioecesi, in posterum una cum territorio fluminibus *Samburá* et S. Antonio comprehenso totus ad solam pertinet Goyasensem dioecesim, cui pariter subiectae erunt regiones omnes, quae ad occidentem praedictorum montium *Serra da Marella* et *Serra da Canastra* vergunt, dum Mariannensi Episcopali Ecclesiae adietae remanebunt reliquae omnes, quae orientem versus existunt. Ceteris in partibus Mariannensi et Goyasensis dioecesum fines iidem erunt ac nunc sunt. (Ex deer. d. x mens. Ian. an. M DCCCCIV).

Ex Congregatione Indicis.

Damnantur, proscribuntur atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandantur quae sequuntur opera:

PAUL VIOLET. — *L'infalibilité du Pape et le Sylabus*. Etude historique et théologique. (Besançon - Paris, 1904).

L. LABERTHONNIÈRE. — *Essais de philosophie religieuse* (Paris, s. d.).

— *Le Réalisme chrétien et l'Idealisme grec*. (Paris, s. d.).

ANTONIO FOGAZZARO. — *Il Santo*. Romanzo. (Milano, 1905). — (Ex deer. d. v mens. Aprilis M DCCCCVI).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indul-
 gentiarum et Sacrarum Reliquiarum:

Fideles, absolutione in articulo mortis in lingua vernacula peracta, sicuti modo plures fit, indulgen-
 tias luerari nequeunt, quia haec benedictio est pre-
 catio strictu sensu liturgica. (Ex deer. d. IIII mens.
 Iuli M DCCCCIV).

— Nonnullis in locis in Missis de Requie post elevationem loco *Benedictus*, Litaniae uti ex Rituali Romano in ordine commendationis animae, vel Launretanae canuntur, et huiusmodi Missae fiunt lectae. Insuper in Missis cantatis de die, intonato *Credo* sacerdos prosequitur Missam ut lectam usque ad Praefationem. Hi abusus omnino eliminandi sunt. (Indidem).

— Sacerdos in lingua vernacula Officium divinum Breviarii Romani, ex. gr. Nativitatis Domini, defunctorum, etc. cum populo peragens, vel Litanias Sanctorum in Processionibus Rogationum eadem lingua persolvens, tenetur has partes Breviarii Romani in lingua latina iterum recitare; nam qui ad recitationem divini Officii et cuiusque partis Breviarii Romani sunt obligati, tantum in lingua latina haec recitare debent; alias non satisfacunt obligationi. (Indidem).

— Festa de praecerto illa sunt, in quibus, praeter obligationem a parocho adimplendam, adest quoque altera et quidem duplex obligatio parochianis imposta, nempe tum Missam audiendi, tum ab operibus servilibus cessandi. (Ex deer. d. I mens. Decembr. an. M DCCCCV) (1).

— Exsequiae cum Missa, praesente corpore, fieri non possunt in festis suppressis, quorum sollemnitas in Dominicam sequentem non transfertur. (Indidem).

— Per deer. d. VI mens. Decembr. M DCCCCV confirmatur cultus ab immemorabili tempore praestitus Placido Martyri et Sigisberto Abbatii, Monasterii Desertinen. conditoribus, Beatis et Sanctis nuncupatis.

— Per deer. *Dirionen*. d. X mens. Decembr. an. M DCCCCV declaratur ita constare de virtutibus Ven. S. D. Margaritae a SSmo Sacramento, Monialis Professae Ordinis Carmelitarum Excalceatarum, in gradu heroico, in easu et ad effectum de quo agitur, ut procedi possit ad ulteriora, id est ad quatuor miraculorum discussionem.

— Eadem die per deer. *Namurcen*. promulgatur constare de tribus miraculis propositis ad Beatificationem Ven. S. D. Iuliae Billiart, Institutricis Congregationis Sororum B. M. Virginis.

— Eadem die per deer. *Tunquinen*. edicitur tuto procedi posse ad Beatificationem seu declarationem Martyrii VV. SS. Dei Ordinis Praedicatorum Francisci Gil De Federich, Matthaei Alonzo Leziniana, Hyacinthi Castaneda, Vincentii Liem a Pace, Sacerdotum Missionariorum; itemque Hieronymi Hermosilla, Valentini Berrio-Ochoa, Episcoporum et Vicariorum Apostolicorum, Petri Almato, Sacerdotis Missionarii, et Ven. Servi Dei Iosephi Khang, indigenae.

— Eadem die per deer. *Parisien*. et *Belloracen*. declaratur tuto procedi posse ad Beatificationem seu declarationem Martyrii VV. SS. Dei Theresiae a S. Augustino, Mariae Franciscae a S. Aloisio, Mariae a Iesu Crucifixo, Mariae a Resurrectione, Euphrasie ab Immaculata Conceptione, Gabriellae Henricae a Iesu, Theresiae a SSmo Corde Mariae, Mariae Gabriellae a S. Ignatio, Iuliae Aloisiae a Iesu, Mariae Henricae a Providentia, Mariae a Sancto Spiritu, Mariae a S. Martha, Stephanae Ioannae a S. Francisco Xaverio, Constantiae Meunier et germanarum sororum Catharinae et Theresiae Soiron, Monialium e Coenobio Compendiensi Ordinis Carmelitarum Excalceatarum.

— Qui nomen dedit pluribus Confraternitatibus, quae gaudent indulto luerandi indulgentias, quas Stationales appellant, eas luerari minime valent tot vi-
 cibus, quot sunt sodalitates, quibus est adscriptus. (Ex deer. d. XIII mens. Septembr. an. M DCCCCV).

— Quando conceditur plenaria indulgentia pro festo alienius Saneti, lueranda a christifidelibus in omnibus ecclesiis alienius Ordinis vel dioecesos, haec indulgentia acquiri potest tot vicibus, quot visitentur ecclesiae eiusdem Ordinis vel dioecesos, id est una

(1) Hoc et sequens responsum datum est ad explananda dubia et controversias circa verba S. R. C. in decreto. *Parentin. et Poten.* d. 8 Ianuarii 1904 rescribente: dies quibus prohibentur exequiae pro defuncto, quem effertur corpus, esse "omnia festa quae uti primaria sub ritu duplice clas- sis et quidem de praecerto celebrantur; et si non sint de praecerto, illae Dominicæ ad quas praefatorum festorum sollemnitas transfertur".

vice tantum, sed in singulis Ecclesiis eiusdem Ordinis seu dioecesos. (Indidem).

— Quando ad indulgentias luerandas praescribitur visitatio ecclesiae parochialis, haec debet esse ecclesia parochialis propria illius qui vult indulgentias lucrari, non alia quaecumque. Sub nomine vero ecclesiae parochialis propriae non venit tantummodo illa domicilii, sed etiam quasi-domicilii et morae transitoriae, uti contingit tempore itineris. (Indidem).

ACTA PONTIFICIA

Sanetissimi Domini Nostri PII Divina Pro-
 videntia PAPAE X litterae Apostolicae de
 ratione studiorum Sacrae Scripturæ in Se-
 minariis clericorum servanda.

PIVS PP. X.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Quoniam in re biblica tantum est hodie momenti, quantum fortasse nunquam antea, omnino necesse est, adolescentes clericos scientia Scripturarum imbui diligenter: ita nempe, ut non modo vim rationemque et doctrinam Bibliorum habeant ipsi perceptam et cognitam, sed etiam scite probeque possint et in divini verbi ministerio versari, et conscriptos Deo afflante libros ab oppugnationibus horum hominum defendere, qui quidquam divinitus traditum esse negant. Propterea in Litt. Enycel. *Providentissimus* recte successor Noster illustris edixit: « Prima cura sit, ut in sacris Semina- » riis vel Academiis sic omnino tradantur » divinae Litterae, quemadmodum et ipsius » gravitas disciplinae et temporum necessitas » admonent ». In eamdem autem rem haec Nos, quae magnopere videntur profutura, praescribimus:

I. Saerae Scripturæ praeeptio, in quoque Seminario impertienda, ista complectatur oportet: primum, notiones de inspiratione praecipuas, canonem Bibliorum, textum primigenium potissimasque versiones, leges hermeneuticas; deinde historiam ntriusque Testamenti; tum singulorum, pro cuiusque gravitate, Librorum analysim et exegesim.

II. Disciplinae biblicae curriculum in totidem annos partiendum est, quot annos debent alumni Ecclesiae intra Seminarii septa com- morari ob sacrarum disciplinarum studia: ita ut, horum studiorum emenso spatio, quisque alumnus id curriculum integrum confecerit.

III. Magisteria Scripturæ tradendae ita constituentur, quemadmodum eiusque Seminarii conditio et facultates ferent: ibique tamen cavebitur, ut alumnis copia suppetat eas res percipiendi, quas ignorare sacerdoti non licet.

IV. Quum ex una parte fieri non possit, ut omnium Scripturarum accurata explicatio in schola detur, ex altera necesse sit omnes di-
 vinis Litteras sacerdoti esse aliquo pacto co-
 gnitas, praeeceptoris erit, peculiares et proprios habere tractatus seu *introductiones* in singulos Libros, eorumque historicam anoritatem, si res postulaverit, asserere, ac analysim tradere: qui tamen aliquanto plus, quam in ceteris, in eis Libris immorabitur ac Librorum partibus, quae graviores sunt.

V. Atque is attinet, fructum centiorum investrum rerum, qua aliis Orientalibus legem Moysi suinia explanabit.

VI. Praesertim telligentiam et s vino officio quo nonnullosque Ps tandem, monstrabi suapte industria

VII. Quod ve presse dilucideque quas habeant sing et quomodo auth totius evangelica doctrinam in epis prehensam expon

VIII. Singulat in iis illustri locis, qui ad fide tinent.

IX. Illud sem stamenti expositi ceptis conformare plo vitae erudit populum debeant monefacere discip via Evangelii pr sione ad exequend Apostolorum p

X. Alumni, qui crient, hebraeo sern etiam, quoad eius gua semitica, ut sy lenti. « Sacrae S » est atque theolo » gnitas habere, » primitus ab agi » optimum factu e » siae, qui praese » giae gradus aspi » ut omnibus in » antiquis linguis, » gisteria ». (Litt.

XI. In Semina demicos theologiae praelectionum de altiusque proptere tractari quaestio giae, vel geogra theologiae, itemque poris studiique tr

XII. Peculiarit erit, ut secundum editas, delecti al Scripturæ gradus ad idoneos divinae quaerentur

XIII. Doctor sanetum habebit, ac Traditione Ecclesie utique vera scientiam suam convertet, scientia negliget: ines tractandas su intelligentiam et

Ecclesiae eiusdem Ordinis
s lucandas praescribitur,
haec debet esse ecclesia
vult indulgentias lucrari,
omine vero ecclesiae pa-
tantummodo illa domi-
lii et morae transitoriae,
is. (Indidem).

NTIFICIA

ostri PII Divina Pro-
terae Apostolicae de
ae Scripturae in Se-
rvanda.

P. X.

EI MEMORIAM.

tantum est hodie mo-
nunquam antea, om-
entes clericos scientia
genter; ita nempe, ut
que et doctrinam Bi-
receptam et cognitam,
e possint et in divini
et conscriptos Deo af-
fationibus horum homi-
lquam divinitus tradi-
erea in Litt. Encycl.
cessor Noster illustris
ut in sacris Semina-
ie omnino tradantur
admodum et ipsius
temporum necessitas
autem rem haec Nos,
ar profutura, praescri-

praeceptio, in quoque
sta complectatur opor-
e inspiratione praeci-
, textum primigenium
leges hermeneuticas;
que Testamenti; tum
e gravitate, Librorum

ae curriculum in toti-
est, quot annos debent
Seminarii septa com-
iplinarum studia: ita
enso spatio, quisque
ntegrum confecerit.
ture tradendae ita
lum cuiusque Semi-
ferent: ibique tamen
bia suppetat eas res
e sacerdoti non licet.
te fieri non possit, ut
curata explicatio in
eesse sit omnes di-
sse aliquo pacto co-
eciliares et proprios
ductiones in singulos
am auctoritatem, si
ae analysis tradere:
quam in ceteris, in
Librorum partibus,

V. Atque is ad Testamentum vetus quod attinet, fructum capiens ex iis rebus, quas recentiorum investigatio protulerit, seriem actarum rerum, quasque hebraeus populus cum aliis Orientalibus rationes habuit, edisseret; legem Moysi summatim exponet; potiora vaticinia explanabit.

VI. Praesertim curabit, ut in alumnis intelligentiam et studium Psalmorum, quos di-
vino officio quotidie recitaturi sunt, excite: nonnullosque Psalms exempli causa interpre-
tando, monstrabit, quemadmodum ipsi alumni suapte industria reliquos interpretentur.

VII. Quod vero ad novum Testamentum, presse dilucideque docebit, quatuor Evangelia quas habeant singula proprias tamquam notas, et quomodo authentica esse ostendantur: item totius evangelicae historiae complexionem, ac doctrinam in epistolis ceterisque Libris comprehensam exponet.

VIII. Singularem quandam curam adhibebit in iis illustrandis utriusque Testimenti locis, qui ad fidem moresque christianos pertinent.

IX. Illud semper, maxime vero in novi Testamenti expositione meminerit, suis se praeciptis conformare eos, qui postea voce et exemplo vitae erudire ad sempiternam salutem populum debeant. Igitur inter docendum commonefacere discipulos studebit, quae sit optima via Evangelii praedicandi: eosque ex occasione ad exequenda diligenter Christi Domini et Apostolorum praescripta allicet.

X. Alumni, qui meliorem de se spem facient, hebraeo sermone et graeco biblico, atque etiam, quoad eius fieri possit, aliqua alia lingua semitica, ut syriaca aut araba, erunt excodiendi. « Sacrae Scripturae magistris necesse est atque theologos addebet, eas linguas cognitas habere, quibus libri canonici sunt primitus ab agiographis exarati, easdemque optimum factu erit si colant alumni Ecclesiae, qui praesertim ad academicos theologiae gradus aspirant. Atque etiam curandum, ut omnibus in Academiis de ceteris item antiquis linguis, maxime semiticis, sint magisteria ». (Litt. Encycl. *Providentissimus*).

XI. In Seminariis, quae iure gaudent academicos theologiae gradus conferendi, augeri praelectionum de Sacra Scriptura numerum; altiusque propterea generales specialesque pertractari quaestiones, ac biblicae vel archeologiae, vel geographiae, vel chronologiae, vel theologiae, itemque historiae exegesis plus temporis studiique tribui oportebit.

XII. Peculiaris diligentia in id insumenta erit, ut secundum leges a Commissione Biblica editas, delecti alumni ad academicos Sacrae Scripturae gradus comparentur: quod quidem ad idoneos divinarum Litterarum magistros Seminarii quaerendos non parum valebit.

XIII. Doctor Sacrae Scripturae tradendae sanctum habebit, nunquam a communis doctrina ac Traditione Ecclesiae vel minimum discedere utique vera scientiae huius incrementa, quae cumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commenta negliget: idem eas duntaxat quaestiones tractandas suscipiet, quarum tractatio ad intelligentiam et defensionem Scripturam con-

duceat: denique rationem magisterii sui ad eas normas diriget, prudentiae plenas, quae Litteris Encyclicis *Providentissimus* continentur.

XIV. Alumni autem quod scholae preelectionibus ad hanc assequendam disciplinam deerit, privato labore suppleant oportet. Quum enim particulatum omnem enarrare Scripturam magister pree angustiis temporis non possit, privatim ipsi, certo ad hanc rem constituto spatio in dies singulos, veteris novique Testimenti attentam lectionem continuabunt; in quo optimum factu erit, breve aliquod adhiberi commentarium, quod opportune obscuriores locos illustret, difficiliores explicet.

XV. Alumni in disciplina biblica, ut in ceteris theologiae, quantum nimur e scholae preelectionibus profecerint, periculum subeant, antequam ex una in aliam classem promoveri et sacris ordinibus initiari possint.

XVI. Omnibus in Academiis quisque candidatus ad academicos theologiae gradus, quibusdam de Scriptura quaestionibus, ad *introductionem* historicam et criticam, itemque ad exegesim pertinentibus, respondebit; atque experimento probabit, satis se interpretationis gnarum ac hebrei sermonis graecique bibliici scientem.

XVII. Hortandi erunt divinarum Litterarum studiosi, ut praeter interpres, bonos lectorum auctores, qui de rebus cum hac disciplina coniunctis tractant; ut de historia utriusque Testimenti, de vita Christi Domini, de Apostolorum, de itineribus et peregrinationibus Palestinenibus: ex quibus facile locorum morumque bibliorum notitiam imbibent.

XVIII. Huius rei gratia, dabitur pro facultatibus opera, ut modica conficiatur in quoque Seminario bibliotheca, ubi volumina id genus alumnis in promptu sint.

Haec volumus et iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die xxvii Martii anno M DCCC VI, Pontificatus Nostri tertio.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Martii - d. xx mens. Apr. M DCCC VI).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Ansistites aliosque viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pontifice de more adiverter, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Legati omnes apud Apostolicam Sedem omnia offerentes ob diem Sanctissimi nominalem; eximus vir Thun de Hoenstein, Comes, Magister Maximus Ordinis Hierosolymitanorum Melitensis; Coronini Cronberg, Comes, Austro-Hungaricae legationis consiliarius; Iulius de Wagner, Comes, Monacensis Principatus administrator; nautarum manus ex Anglica classi Neapolim appulsa; Marius Chisius, Princeps urbanus eiusque familia; eximus vir Georgius Sazonow, novus Russici Imperii administer apud Apostolicam Sedem; Ioannes Albertus de Meklembourg-Schwerin Dux eiusque uxor Elisabeth de Saxe-Weimar-Eisenach; De Ratibor Dux; Wetter, Comes, publici Austrorum coetus legibus ferendis praeses.

Pontificiae electiones.

Ramus v. Carolus Locatelli, Mediolanensis, in collegium Protonotariorum Apostolicorum ad instar participantium adscribitur.

— Ramus v. Antonius Limonta, Mediolanensis et ipse, inter antistites domus Pont. refertur.

— Eximus vir Iosephus Fiorenza, archiepiscopus Claudianopolit., inter indices S. Congregationis Episcoporum et Regularium adnumeratur.

Vita functi viri clariores.

Die xxx mens. Martii Firmi in urbe, apoplexi coruptus, Robertus Papiri, illius Metropolitanae archiepiscopus, in oppido Montefortino n. d. xxi mens. Martii an. M DCCC XXXVII.

— Die xiii mens. Aprilis, Balneoregii, Eutitius Parsi, illius dioecesis episcopus, Centumcellis n. d. XXVIII mens. Oct. an. M DCCC XLV.

— Die xiv, Patavii, diutino morbo absemptus, eximus vir Iosephus Callegari, Venetiis ortus d. IV mens. Novembris an. M DCCC XLII, episcopus Tarvisinus creatus d. XXVIII mens. Februarii an. M DCCC LXXX, ad dioecesim Patavinam translatus d. XXV mens. Septembris an. M DCCC LXXXII, in Saerum Senatum cooptatus d. IX mens. Novembris an. M DCCC III tit. S. Mariae in Cosmedin; vir scientia et pietate insignis.

— Die xviii, Romae, Lodovicus Martin, Praepositus Generalis Societatis Iesu.

Varia.

Die xxvii mens. Martii in Palatio Vaticano Congregatio « praeparatoria » habetur ad disceptandum de virtutibus « in gradu heroico » V. S. D. Ianuarii Mariae Sarnelli e Congregazione SSNI Redemptoris.

— Die xv mens. Aprilis, ob festum Dominicae Resurrectionis, Pontifex in Xystino sacello sacra litat, adstantibus pluribus fidelibus, advenis praecepit et peregrinans.

ANNALES.

Mauritani coetus finis.

Coetus de Mauritanis negotiis componendis Algecirana in urbe coactus tandem aliquando optima pactionum concordia suos labores perfecit. Ita plena periculi res atque acerrimi odii bellorumque fons metuenda in novum pacis firmamentum conversa est. Ad rem non parum contulerunt studium Galli praesertim Germanique legati, quos penes arbitrium pacis aut belli: agebatur enim non tam de componenda utriusque gentis utilitate, quam de moderanda potius veteri aemulatione et inimicitia, quibus iamdiu populi illi flagrabant. Hoc itaque fodere, non modo dubia circa Europaeorum gentium incertam quietem evantere, verum etiam Mauritanorum imperii utilitati atque bono optime est consultum. Quisquis enim hac ex die inopinatus supervenerit eventus sive ex barbarorum incursionibus, sive ex religiosa, qua illi flagrant, invidia, omnia delegati nostrarum gentium arbitrii sua sententia diuidebant atque component. Maximum vero inter Gallos Germanosque restitutae amicitiae meritum luerati sunt Italus legatus atque Americanus, itemque Austrorum Russorumque legati alteri, qui ad rem optime adlaborarunt.



Russica negotia.

De Russicis seditionibus, Sebastopolitana in urbe multa falso vulgata sunt. Aiebant enim ob Schmidt, alterius a centurione viri, mortem militari manu perfectam ob perduellionis crimen Potemkin in navigio ab eo admisum, gravissimum populare bellum per urbis vias exarsisse. Verumtamen nihil huiusmodi populares illi tribuni ausi sunt tentare. Quam ob rem de popularibus legatis ad legislativa imperii comitia, *Duma* quae vocant, eligendis

multa concordia in dies negotia perficiuntur. Iamque plurimis in provinceis res prospere peracta est: quinimo complures electi legati populari ex factione iamiam advocati dinumerantur. Eos inter vero et hebraei sacerdotes et catholici quoque presbyteri inveniuntur; plerique tamen sive ex equestri ordine sive ex optimatium gentibus electi fuere; non desunt tamen neque agricolae ipsi, neque opifices, quorum brevi sermones de publicis legibus ferendis in aula audiuntur.



Austrorum discordiae.

Austriaco in imperio graves admodum res agitantur. Ut enim tot inter varias gentes origine, sermone, indole dissitas, pax perduret et concordia, ingens semper renovatur labor; at nova saepe dubia novaeque oriuntur difficultates. Gaustchius enim, dynasta ille vir peritissimus, in novae legis rogationem digerendam et comparandam de legatis populi eligendis iamdiu incumbit; at diuturnum adhuc tempus res quaerit et diuturna studia, et novis semper moris implicatur. Itaque Raetiae provinciae praefectus Schwartzau suo muneri sese abdicare coactus est, et ad privatos lares redire; quae tum Itali, tum Germanici illius regionis incolae, libenter exceperat.



Hungaricae res.

Hungaricae autem res, quamquam compositae videantur, satis tamen incertae procedunt. Neque enim Iosephi Francisci regis mens apparuit nova ad populares legatos legislatores eligendos comitia indicendi, neque seditiones factionis consilium a tumultibus provocandis abstinendi manus. Sed quamvis huius partis fautores constanti et inquieto animo diu iam studia agitant et opera moveant, populares tamen animi, inutili ea discordia defessi, eius a vestigis paullatim recedunt. Igitur novissimis diebus Vindobona in urbe Hungarorum summorum gestorum eoacto coetui ipse rex praefuit, ut una cum eis de edicto ad Hungaros vulgando decerneret.



Graecorum feriae.

Dum interim Graeciae in urbe capite solemnisimae gentis feriae parantur, quibus ab « Olympiade » vetus nomen et gloria est, Candia in insula, sedata licet armorum in seditione, Georgius Graecorum princeps ad tutelam rei publicae litteras vulgavit, ut iterum pesteret insulam tandem Graecorum regno adscribi.



Sinensium seditiones.

Nonnullas Sinensium per provincias novae non modo contra exteris gentes, sed in ipsum Caesareum mandchense genus seditiones commotae nunciantur; at parvi momenti videtur res. Qui enim, Ho-nan praesertim in regione, ad arma concurrerunt viri pessimi sunt, omnium criminum rei. Hi quidem, veteris Sinensium rationis tuendae sub specie, ad elades et directiones moventur. Sed eorum audaciam, missis exercitu, quamprimum ereditus perituram.



PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia rogatio diu examinata est de nauitis peregrinis in mercatoria Anglorum navigia accipiendis. Ut enim in dies commercia regni augentur, ita perardum fit paullatim nautas nonnisi Anglos retinere. Cautum est tamen, ne ii deligantur, qui anglicum sermonem non calent.

In Austria populares legati sexto ante kalendas Maias convenere ut rogationem iterum examinarentur novissime oblatam de iure suffragii ad legislatores eligendos innovato. Pariter de Polonicae imperii regionis libertate constituta, non seens ac Hungari habent, oblatam a Germanis rogatio est; quam plerique legatorum ratam habuerat; haud vero satis suffragii res obtinuit, ut in legem transiret.

In Belgia primum, quod nunquam antea ac nullibi cautum fuerat, lex lata est ut de patre inquirendo ius liberis certa sub condicione tribuatur. Socialistarum vero oblatam rogatio, quae hoc ius nimis latum reddere conabantur, reiecta est.

In Gallia de pecuniaria re pleraequa rogationes et disceptationes novissime habitae sunt: vectigale foedus cum finitimiis Helvetiis initum probatur.

In Senatu vero de ecclesiasticorum bonorum reccensionibus, quae fiunt, acerrima disceptatio exorta; at latis suffragiis administratorum reipublicae gesta probata fuere.

In Iaponia multam post disceptationem de ferreis viis reipublicae auctoritate gerendis tandem lata lex: de vectigalibus autem per imperii fines solvendis vulgata pariter lex ita fuit, ut Iaponiorum commercia acerrime tuerentur.

In Iberico Senatu lex adprobata est de iurisdictione tribunalium militarium, quam et populi et regis legati simul proposuere. Verum summi regni administris, ob seditiones praesertim nonnullorum legatorum populi oppositiones suo a munere recedere conati sunt. Rege tamen abniente, adhuc in officio permanent.

In Lusitania De Castro, qui collegio gestorum regni praeverat, eiusque socios iterum a munere abire expertentes, rex tandem audivit, veniamque ei dedit. Eius in locum Ribeira Hirtzius est advocatus; de legatis autem populi innovandis non ante Octobrem mensem res erit.

PER ORBEM.

Die xxx mens. Martii, ex fodinis ad Courrières, gaz vulgo grisou viginti dies ante incensis, vivi adhuc extrahuntur operarii tredecim ex iis qui in fodinis ipsis operam dabant nefasta illa incendiis die. Paulo post aliis vivus pariter inter tot cadavera invenitur.

— Die iii mens. Aprilis fodinarum effossores ex Nordica Gallia, quum ab opere recessissent, ad tumultus et arma concurrunt ita ut milites vim vi opponere oporteat.

Operiorum similiter ex condito ab opere desertiones ex Germania passim nunciantur.

— d. v turbo Tarti insulam late pervastat.

— d. viii ex Vesuve monte ingens ignium eruptio fit. Liquefacta saxa, torrentis ad instar, oppida ad montis pedes invadunt, agros, sata laeta domus sternunt, unde vix incolae a fugiunt. Terra interim tremit, cinerumque pluvia aërem obnubilat ad Neapolim urbem usque,

et ultra. In oppido S. Iosephi de Ottiano templum, in quod multitudo convenerat orans, magna ruina delabitur, laerimabili hominum caede. Neapoli in urbe pariter ob lapillorum ac cinerum pondus, prout dicuntur, in tecto eu-mulatorum, ruit aedificium in quo mercatus habetur, multam necem et vulnera proeurrans.

— d. xv terrae motus iterum Formosam insulam pessumdat.

— Samnii dux e Sabaudica gente Neapoli proficiscitur ad Ruvensori montem in Africa explorandum. Eum comitatur Cagni ille militum magister, qui cum eo in septentrionali polo maximam latitudinem, quam homini hue usque contigerit, fuit assequutus.

— d. xviii S. Francisci Americana urbs et ipsa terrae motu quatitur, quem incendia sequuntur novaque immensa damna procurant, ita ut maxima urbis pars solo aequetur. Homines, ad mille numero, misere vitam amississe feruntur.

AENIGMATA.

I.

Vox peditis, vox est equitis, vox denique nautae,
Qui maris undisoni per vada carpit iter.
At si litterula accedit, fera nascitur ingens,
Quae tenet in reliquas regia iura feras.

II.

Fingitur ex triplici simplex haec vocula signo;
Sed patitur geminas litera prima vices.
B numus tenuis, quo nux et amygdala venit;
P desit mensae, vix gerat illa dapes.

I. B. PESANTI.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet I. B. FRANCESIA comoediam latinis versibus scriptam, cui titulus:

SATURIO.

Aenigmata an. IX, n. II proposita his respondent:

- 1) Rana, Ravenna.
- 2) Villa-Oriens-Xerses-Uranus-Roma-Barba Luppieter-Sicilia = VOX URBIS.

Ea rite soluta miserunt:

Petrus Tergestinus. — Pfar. Wilh. Simon, Kempenich. — Renk par., Davenport. — Ios. Questa, Sustineo. — Arn. Blekman, Haga. — Collegium Scholarum Piarum, Praga. — G. Vallas, Corduba. — D. Macræ, Edderton. — Henr. Tallo; Vine. Starace, Neapoli. — Ignat. Krajewski, Mer in Polonia russica. — Senior Astensis. — I. Ortiz, Morelia. — I. Walter, Neo-Eboraco. — F. Arnori, Mediolano. — Rich. Brondel, Brugis. — Mich. Vidal, Palma in insula Maiorica.

Sortitus est praemium:

G. VALLAS,

ad quem missum est opus, cui titulus:

THOMAE VALLAURI
DE RE EPIGRAPHICA
ACROASIS.



LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

DOTT. G. BATT. BERTOLDI. M. Minuzio Felice e il suo dialogo « Ottavio » — Romae ac Mediolani edid. Albrighti, Segati et Soc., MDCCCCVI. (Ven. lib. 1,50).

Nos in schola latine loquimur. Ars latine loquendi pueris, amatoribus fautoribusque linguae latinae dedicata a D. THOMA ELSAESER O. S. B. — Roulers ac Bruxellis edid. Iulius De Meester, MDCCCCVI. (Ven. lib. 4,50).

F. X. SCHETTINI. Die Paschali MCMVI epistula. DOTT. K. A. H. KELLNER. L'anno ecclasiastico e le feste dei Santi nel loro svolgimento storico. (1892-1893). Versione eseguita sulla 2^a ediz. tedesca dal Sac. Dott. Prof. Angelo Mercati. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., MDCCCCVI. (Ven. lib. 5).

DOTT. GIUSEPPE LAPONI. Ipnotismo e Spiritismo. Studio medico critico. — Indidem, MDCCCCVI. (Ven. lib. 3).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacts, Phil. Cuggiani.

ZEN.
URBITI

ZEN.
ZEN.

BAS.
ZEN.
BAS.
ZEN.
BAS.
ZEN.

(1)
cuntur.
(2)
assedit.
(3)
data ex.

(4)

ZENO — Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli.

(4)

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

Nil medium in aula. Fratris in fratrem grave
Regnum est, pari quos lege nascendi pares
Natura genuit. Ferre dominantem pudet.
At purpurantis instat augurium togae,
Regnique decora. Frater in fratrem pius:
Transcribit aequo regium imperio decus.
Quis blandientis dona fortunae abnuet?
Ego nempe regni nomen ac titulos geram,
At ius et arma Zeno: nec geminum capit
Titana mundus nec feret regnum duos.
Altius eundum est: si quis anterior gradu
Iter occupabit, sit licet caelo satus,
Sternatur. Unum siquis a tergo pedem
Inserat eunti, tardet ut cursum mora,
Sternatur. Altius cupidus imperii mucro
Etiam propinqui sanguinis nescit modum.
Sed ecce patuit aula; subducto gradu
Hinc aucupabor sortis eventum meae (1).

SCENA V.

ZENO, BASILISCUS, EUPHEMIUS patriarcha, PELAGIUS,
URBITIUS, SEBASTIANUS, PHILARGUS et LONGINUS seorsim.

ZEN. (2) Basilisce, procul hinc; desere Augusti latus,
Et stando magnos disce venerari duces,
Dum detumescat, quem dedit locus, tumor.
Dedisse fastus.

LONG. (Perge, qua graderis via).
ZEN. Moraris? Imo siste postremus gradu (3).
Quam dubia regum, dubia regnum salus;
Quantus superbos turbo fortunae lares
Hinc inde verset; quam brevis vitam dies
Rapiat, fugaci temporum appulsi fluens,
Proceres; videtis. Me per annosi rotas
Devolvit aevi fessus imperii labor
In molle senium. Sceptra consortem exigunt
Qui mole rerum socius Augustum levat,
Idemque vidui proximus regni premat
Haeres habenas. Grande meritorum decus
Harmatiique rebus in summis fides
Sceptra Basilisco dederat. Elatus puer
Supraque sortem mentis Augustae tumens,
Aulam fatigat. Lora, ceu Phaeton, quatit:
Timete, Proceres, busta si currus agat.
Parce innocentia, Caesar.

ZEN. Affari voto.
BAS. Cognosce causam.
ZEN. Causa iam patuit satis.
BAS. Indicta?
ZEN. Causam fastus oravit satis.
Diripite, famuli, regiae sortis notas;
Spoliatus (4), atram, more Mystarum, togam

(1) Sese occulit post siparium observatque quae in concilio dicuntur.

(2) Regalem vestem induxit. Basilisco loquitur, qui prope ipsum assedit.

(3) Basiliscus timidus, quippe se culpa expertem cognoscit, mandata exequitur.

(4) Exsurgit regis ornamentis Basiliscus.

Gestet sacrandus. Numeret ignavus preces,
Sceptroque ineptas tollat in caelum manus!

LONG. (1) Frater, beasti. Spolia Longinum decent:
Sedebit istis melius in humeris toga.

BAS. Bene est; levamur... Ite curarum seges!
Sic insolenti laeta ludibrio quatit
Fortuna pennas, quemque sublimi rota
Levarat, imam rursum in sedem trahit.
I nunc, et aula fretus, ingenium, fidem,
Decus, pudorem, iura, pietatem abiice.
Caesar, beasti. Pondere immanni levor.
Sortem resigno laetus; auctori vicem
Repensem orbis frena qui movet, Deus.
Absiste, pestis, exsul Augusti lare.
Caeloque propior (2).

ZEN. Fata, cui regnum paret,
Quem poscat orbis, proximum Imperio caput,
Statuite, Proceres. Si tamen iusta libet
Pensare causam lance, Longino venit
Regale rerum stemma.

URBIT. Nobilitant virum
Mens alta, Marte clarus indomito vigor,
Gloria triumphi parta, iustitiae tenor
Artesque pacis.

SEBAST. Quodque praecipuum reor,
Unus ruentem stirpis Augustae domum
Fundare frater, inque venturi dies
Aevi beatam ferre progeniem potest.

UNUS EX PROC. Quos esse iussit sorte nascendi pares

Natura, par honoris aequabit decus.

PHILARG. Nobilis in alto sanguis Imperio viget,
Gradu repulsus marcat, in venis gelat.

LONG. (Agnosco amicos: aurea inscribam nota) (3).

ZEN. Effare, Praesul, mentis arbitrium refer.

EUPH. Auguste Princeps, cernis ut Christi ratis

Deproeliantes passa ventorum minas

Fluctuet in alto! Quam procelloso tumet

Eversus aestu pontus! Undarum arbiter

Ineumbit Aquilo, turbinem et fluctus agens

Iam prope furentis vita ludibrio sali

Fatiscit alnus. Multa nos hiems premit;

Vis vincit artem. Luctor ad clavum sedens,

At vix procellis unus obluctor satis.

Tu fluctuantem, Caesar, Imperii statum

Vel siste solus, fata dum vitam sinent;

Vel si levamen rebus operosis iuvat

Accire comitem, pectoris magni virum,

Columnen labantis Imperii ad sceptrum voca.

(Senex dolose!)

Sphingis ambages moves.

Quas hic procellas error et fluctus dolat?

Arguimur ergo mentis ignavae? Polum

Testor, decoros maior haud unquam sinus

Explicuit orbi Pax, triumphales agens

Speciosa currus.

(Ad proximum numerum).

(1) Seorsim.

(2) Exit.

(3) Notat in pugillaribus fautores suos.

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congrationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Joanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

👉 IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. 👈